

P. PAPINI STATI

SILVARVM

LIBER PRIMVS

STATIVS STELLAE SVO SALVTEM

Diu multumque dubitavi, Stella iuvenis optime et in
studiis nostris eminentissime, qua parte evolvisti, an hos □
libellos, qui mihi subito calore et quadam festinandi volup-
tate fluxerunt, cum singuli de sinu meo pro [...] con-
gregatos ipse dimitterem. quid enim o[...] quoque auc- 5
toritate editionis onerari, quo adhuc pro Thebaide mea,
quamvis me reliquerit, timeo? sed et Culicem legimus et
Batrachomachiam etiam agnoscimus, nec quisquam est
inlustrium poetarum qui non aliquid operibus suis stilo
remissiore praeluserit. quid quod haec serum erat conti- 10
nere, cum illa vos certe quorum honori data sunt habe-
retis? sed apud ceteros necesse est multum illis pereat
ex venia, cum amiserint quam solam habuerunt gratiam
celeritatis. nullum enim ex illis biduo longius tractum,
quaedam et in singulis diebus effusa. quam timeo ne ve- 15 □
rum istuc versus quoque ipsi de se probent!

Primus libellus sacrosanctum habet testem: sumendum enim erat 'a Iove principium.' centum hos versus, quos